



# Examen VWO

Latijn

Vorbereidend  
Wetenschappelijk  
Onderwijs

19 **99**

Tijdvak 2  
Dinsdag 22 juni  
9.00–12.00 uur

Tekstboekje

## Tekst 1

Een portret van Catilina en zijn aanhang.

1 \_\_\_\_\_ 1 L. Catilina, nobili genere natus, fuit magna vi et animi et corporis, sed ingenio malo  
\_\_\_\_\_ 2 pravoque. Huic ab adulescentia bella intestina caedes rapinae discordia civilis grata fuere,  
\_\_\_\_\_ 3 ibique iuventutem suam exercuit. Corpus patiens inediae aliorum vigiliae supra quam  
\_\_\_\_\_ 4 quoiquam credibile est. Animus audax subdolos varius, quous rei lubet simulator ac  
\_\_\_\_\_ 5 dissimulator, alieni adpetens sui profusus, ardens in cupiditatibus; satis eloquentiae, sapientiae  
\_\_\_\_\_ 6 parum. Vastus animus inmoderata incredibilia nimis alta semper cupiebat. Hunc post  
\_\_\_\_\_ 7 dominationem L. Sullae libido maxuma invaserat rei publicae capiundae, neque id quibus  
\_\_\_\_\_ 8 modis adsequeretur, dum sibi regnum pararet, quicquam pensi habebat. Agitabatur magis  
\_\_\_\_\_ 9 magisque in dies animus ferox inopia rei familiaris et conscientia scelerum, quae utraque  
\_\_\_\_\_ 10 iis artibus auxerat quas supra memoravi. Incitabant praeterea corrupti civitatis mores, quos  
\_\_\_\_\_ 11 pessuma ac divorsa inter se mala, luxuria atque avaritia, vexabant.

2 \_\_\_\_\_ 12 In tanta tamque corrupta civitate Catilina, id quod factu facillimum erat, omnium  
\_\_\_\_\_ 13 flagitiorum atque facinorum circum se tamquam stipatorum catervas habebat. Nam  
\_\_\_\_\_ 14 quicumque [inpudicus adulter ganeo] manu ventre pene bona patria laceraverat, quique  
\_\_\_\_\_ 15 alienum aes grande conflaverat quo flagitium aut facinus redimeret, praeterea omnes  
\_\_\_\_\_ 16 undique parricidae sacrilegi convicti iudiciis aut pro factis iudicium timentes, ad hoc quos  
\_\_\_\_\_ 17 manus atque lingua periurio aut sanguine civili alebat, postremo omnes quos flagitium  
\_\_\_\_\_ 18 egestas conscius animus exagitabat, ii Catilinae proximi familiaresque erant. Quod si quis  
\_\_\_\_\_ 19 etiam a culpa vacuos in amicitiam eius inciderat, cotidiano usu atque inlecebris facile par  
\_\_\_\_\_ 20 similisque ceteris efficiebatur. Sed maxime adulescentium familiaritates adpetebat: eorum  
\_\_\_\_\_ 21 animi molles etiam et fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut quousque studium  
\_\_\_\_\_ 22 ex aetate flagrabat, aliis scorta praebere, aliis canes atque equos mercari, postremo neque  
\_\_\_\_\_ 23 sumptui neque modestiae suae parcere dum illos obnoxios fidosque sibi faceret. Scio fuisse  
\_\_\_\_\_ 24 nonnullos qui ita existumarent, iuventutem quae domum Catilinae frequentabat parum  
\_\_\_\_\_ 25 honeste pudicitiam habuisse; sed ex aliis rebus magis quam quod quoiquam id conpertum  
\_\_\_\_\_ 26 foret haec fama valebat.

*Sallustius, De coniuratione Catilinae 5 en 14*

## Tekst 2

Tijdens een vergadering van de senaat spreekt Cicero Catilina toe.

\_\_\_\_\_ 1 Quid est enim, Catilina, quod te iam in hac urbe delectare possit? In qua nemo est  
\_\_\_\_\_ 2 extra istam coniurationem perditorum hominum qui te non metuat, nemo qui non oderit.  
\_\_\_\_\_ 3 Quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est? Quod privatarum rerum  
\_\_\_\_\_ 4 dedecus non haeret in fama? Quae libido ab oculis, quod facinus a manibus umquam tuis,  
\_\_\_\_\_ 5 quod flagitium a toto corpore afuit? Cui tu adulescentulo, quem corruptelarum inlecebris  
\_\_\_\_\_ 6 inretisses, non aut ad audaciam ferrum aut ad libidinem facem praetulisti? Quid vero?  
\_\_\_\_\_ 7 nuper cum morte superioris uxoris novis nuptiis locum vacuefecisses, nonne etiam alio  
\_\_\_\_\_ 8 incredibili scelere hoc scelus cumulavisti? Quod ego praetermitto et facile patior sileri, ne  
\_\_\_\_\_ 9 in hac civitate tanti facinoris immanitas aut exstitisse aut non vindicata esse videatur.  
\_\_\_\_\_ 10 Praetermitto ruinas fortunarum tuarum quas omnes proximis Idibus tibi impendere  
\_\_\_\_\_ 11 senties: ad illa venio quae non ad privatam ignominiam vitiorum tuorum, non ad  
\_\_\_\_\_ 12 domesticam tuam difficultatem ac turpitudinem, sed ad summam rem publicam atque ad  
\_\_\_\_\_ 13 omnium nostrum vitam salutemque pertinent. Potestne tibi haec lux, Catilina, aut huius  
\_\_\_\_\_ 14 caeli spiritus esse iucundus, cum scias esse horum neminem qui nesciat te pridie Kalendas

15 Ianuarias Lepido et Tullo consulibus stetisse in comitio cum telo, manum consulum et  
16 principum civitatis interficiendorum causa paravisse, sceleri ac furori tuo non mentem  
17 aliquam aut timorem tuum, sed Fortunam populi Romani obstitisse?

*Cicero, In Catilinam I, 13-15*

---

## Tekst 3

Tekst 3 is een fragment uit dezelfde redevoering van Cicero tot de senaat.

1 Qua re secedant improbi, secernant se a bonis, unum in locum congregentur, muro  
2 denique, quod saepe iam dixi, secernantur a nobis; desinant insidiari domi suae consuli,  
3 circumstare tribunal praetoris urbani, obsidere cum gladiis curiam, malleolos et faces ad  
4 inflammandam urbem comparare; sit denique inscriptum in fronte unius cuiusque quid de  
5 re publica sentiat. Polliceor hoc vobis, patres conscripti, tantam in nobis consulibus fore  
6 diligentiam, tantam in vobis auctoritatem, tantam in equitibus Romanis virtutem, tantam  
7 in omnibus bonis consensionem ut Catilinae profectione omnia patefacta, inlustrata,  
8 oppressa, vindicata esse videatis. Hisce ominibus, Catilina, cum summa rei publicae salute,  
9 cum tua peste ac pernicie cumque eorum exitio qui se tecum omni scelere parricidioque  
10 iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefarium. Tu, Iuppiter, qui isdem quibus haec  
11 urbs auspiciis a Romulo es constitutus, quem Statorem huius urbis atque imperi vere  
12 nominamus, hunc et huius socios a tuis ceterisque templis, a tectis urbis ac moenibus, a vita  
13 fortunisque civium omnium arcebis et homines bonorum inimicos, hostes patriae, latrones  
14 Italiae scelerum foedere inter se ac nefaria societate coniunctos aeternis suppliciis vivos  
15 mortuosque mactabis.

*Cicero, In Catilinam I, 32-33*

---

## Tekst 4

Uit de rede ter verdediging van Caelius is de onderstaande tekst afkomstig.

1 At studuit Catilinae, cum iam aliquot annos esset in foro, Caelius. Et multi hoc idem  
2 ex omni ordine atque ex omni aetate fecerunt. Habuit enim ille, sicuti meminisse vos  
3 arbitror, permulta maximarum non expressa signa sed adumbrata virtutum. Utebatur  
4 hominibus improbis multis; et quidem optimis se viris deditum esse simulabat. Erant apud  
5 illum inlecebrae libidinum multae; erant etiam industriae quidam stimuli ac laboris.  
6 Flagrabant vitia libidinis apud illum; vigeabant etiam studia rei militaris. Neque ego  
7 umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto, tam ex contrariis diversisque atque  
8 inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. Quis clarioribus viris  
9 quodam tempore iucundior, quis turpioribus coniunctior?

*Cicero, Pro Caelio 12-13*

---

## Tekst 5

In 1951 publiceerde Simon Vestdijk zijn roman *Ivoren Wachters*. Hoofdpersoon is de gymnasiast Philip, die op een bepaald moment in het verhaal 's nachts op straat loopt, terwijl hij vervuld is van sombere gedachten, onder andere over zijn criminele vader. Dan herinnert hij zich een passage uit Sallustius.

1 „Elke schaamteloze boef, allen die wegens hun misdaden van vrees voor de rechter  
2 vervuld waren, in één woord, alle boosdoeners waren Catilina's warmste en meest  
3 vertrouwde vrienden. Reeds als jongeling had hij aan zijn dierlijke lusten menig offer  
4 gebracht. Een jonkvrouw uit een aanzienlijk geslacht, voorts een priesteres van Vesta en  
5 vele andere ongelukkigen waren in zijn strikken gevallen.”

6 Een prachtige beschrijving, die hij indertijd had opgezocht en in een kladschrift had  
7 vertaald, – op school las men zulke dingen niet –, en die hem nu tot een onnoemelijke  
8 troost werd. Want indien Sallustius inderdaad tot de groten behoorde, dan mocht men  
9 zeggen, dat hij Catilina, de bleke schurk, geheiligd had met zijn relaas. Zó in de geschiedenis  
10 te staan, door zulk een pen beschreven, het maakte alles goed, het verzekerde een eeuwige,  
11 een hogere straffeloosheid.

---

## Tekst 6

In de historische roman *Catilina* van Karl Kreisler komt de volgende passage voor.

1 Toen hij (= Cicero) eindelijk ingesluimerd was, verscheen hem in den droom de  
2 gewurgde Lentulus, die hem aanklaagde met omhooggeheven handen. [...] Badend in  
3 angstzweet slaakte Cicero een gil en ontwaakte. Weg was de spookverschijning. Weer viel  
4 hij in een onrustige slaap. Nu verscheen er een man met een koningskroon op het hoofd.  
5 Was dat Numa niet, de tweede koning van Rome, die de oudste wetten had gemaakt?  
6 Vermanend hief hij een vinger op en wees op een wetsrol, die in de lucht zweefde. „Gij  
7 hebt de wet overschreden!” prevelde hij met holle stem. Cicero sprong op en keek  
8 verwezen om zich heen.

---

## Tekst 7

In het voorafgaande heeft Cicero uitvoerig betoogd dat de senaat in de strijd tegen Catilina en zijn aanhangers op brede steun kan rekenen onder alle lagen van de bevolking. In de onderstaande tekst vat hij dat betoog samen en doet hij tevens een dringende oproep aan de senaat.

1 Quae cum ita sint, patres conscripti, vobis populi Romani praesidia non desunt; vos  
2 ne populo Romano deesse videamini providete. Habetis consulem ex plurimis periculis et  
3 insidiis atque ex media morte non ad vitam suam, sed ad salutem vestram reservatum.  
4 Omnes ordines ad conservandam rem publicam mente, voluntate, voce consentiunt.  
5 Obsessa facibus et telis impiae coniurationis vobis supplex manus tendit patria communis.  
6 Vobis se, vobis vitam omnium civium, vobis Arcem et Capitolium, vobis aras Penatum,  
7 vobis illum ignem Vestae sempiternum, vobis omnium deorum templa atque delubra, vobis  
8 muros atque urbis tecta commendat.  
9 Praeterea de vestra vita, de coniugum vestrarum atque liberorum anima, de fortunis  
10 omnium, de sedibus, de focus vestris hodierno die vobis iudicandum est. Habetis ducem  
11 memorem vestri, oblitum sui, quae non semper facultas datur.

*Cicero, In Catilinam IV, 18-19*

- regel 2 **providere ne** voorkomen dat  
**consulem** Verbinden met reservatum (regel 3).  
regel 3 **reservare ex** redden uit  
regel 4 **consentire** vastbesloten zijn  
regel 5 **obsidere** belagen  
regel 9 **anima** leven  
regel 11 **oblitum** Van oblivisci.  
**quae non semper facultas datur** = quae facultas non semper datur

Einde